Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitanealibus Premislien. Nobilis Paulus Komarnicki dosarzykowiss [?] sani mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq́ suis quibuslibet proprijs et competen. recedendo, praesenti vero Castren. Capitan. Premislien. Iurisdictioni quoad actum hunc attinet se suos Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq́ subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobili Mariannae Komarnicka, Nobilis Michaelis Komarnicki Prewlikowicz [?] cum olim Nobili Chima Komarnicka procreatae filiae, sui vero Recognoscentis Consorti legitimae eiusq́ posteris summam Quinquaginta florenorum polonicalium ratione veri doti et expeditionis per ipsam acceptae et in domum suam importatae, necnon aliam similem summam Quinquaginta florenorum polonicalium ratione certi, veri, iusti, et liquidi dotalitij, in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium haereditariorum, obligatoriorum mobilium et immobilium, summarumq́ quarumvis pecuniae, necnon auri argenti, clenodiorum, vnionum, vestium, vestimentorum, stanni, aeris cupri, orichalci, pecorum, pecudum, equorum, equarum, ac totius supellectilis domesticae, nunc habitae et inpost habendae, dedit, dotavit, dotalitiavit, inscripsit, et reformavit, Prout dat, dotat, dotalitiat, inscribit, et Reformat praesen. Per ipsam Nobilem Komarnicka sui Recognoscentis Consortem legitimam et ipsius posteros eandem medietatem bonorum suorum generaliter omnium cum vniversis ijs vtilitatibus et vsufructibus, competentijsq́ et praerogativa quavis, tenendi, habendi, et possidendi, illisq́ quiete et pacifice vtifruendi, ac ad vsus suos et suorum successorum quosvis beneplacitos libere et effectiv convertendi Vigore ac more aliar. Reformaon. haltenq́ [?] et liǵ in Regno Polon. observari solitar.

**Smarzewski Testntum approbat.**

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesen. Castrensibus Capitan.[?]

pitanealibus Præmislien Gnosus Stanislaus Antonius de Smaniew Smaniewski Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et competen recedendo. Præsenti [illegible] Castrensi Capitaneali Præmislien Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet tenem successoribus ac bonis suis generatio omnibus totalr et plenarie incorporando, atq subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Testamentum Vltimæ voluntatis suæ ratione certarum rerum et conditionum in eodem Testamento conscriptarum de actu et data illius in bonis Villa Vyhowice die vigesima septima Iunij Anno præsenti confectum conscriptum manibus sui Recognoscen cum appressione sigilli proprij, atq Perillustris et Admodum Reverendi Mathiæ Fladyor Canonici Præmislien ibidem cum appressione sigilli eiusdem nec non certorum amicorum proprijs subscriptis et sigillatis, in omnibus et singulis eiusdem Dispositionis Testamentariæ Vltimæ voluntati suæ conditionibus, punctis, clausulis, articulis, Damnis Terrestribus, Ligamentis, ac nexibus generaliter omnibus, approbat, roborat, confirmat et ratificat, Inscribendo successores suos, Executores eiusdem Testamenti sui in satisfactione eidem Testamento suo tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit. Testamentum præfatum ad Inscriptionem præsen Roborationem et Inscriptionem præsen Roborationem ad præ- dictum Testamentum vicissim in toto referendo, Idq sub Damnis terrestri- bus simpliciter absq Corporali Iuramento per Legatarios eiusdem Testa- menti sui taxandis et edicen per suos vero successores, atq Executores eiusdem Testamenti sui ob non completionem contentorum Testamenti præfati omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendis. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus sim- pliciter absq Corporali Iuramento taxan modo præmisso ad soluendum suc- cubitis, ac pro re aliqua principali ex Contentis Testamenti eiusdem sui non completa complen Citati existentes ijdem Executores præfati sui Testa- menti, suiq aut eorum successores coniunctim vel diuisim, ad Instantiam quorumuis Legatariorum in eodem Testamento sui Regn̄tis specificato- rum, aut eorum successorum ad Officium præsens Castrense Capitaneale Præ- misliense, Exptune recessu suprascripto quo ad respondendum spectat me- diante, semper in primo Stationali Termino, tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, Damna præacta Terrestria luere, Inscriptionibu

ic

ic satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus terminum Primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem terminos, semper peremptorios vero infirmitate pro maiori, minorennitate successorum, Legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad evictionem, vel alijs quibusvis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo Ad Quietationem vltra proximos officij praefati Castren Capitan Premisliensis terminos, dilationem sibi non recipiendo, Nullasq motiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus, fatalibus Iuris praescriptione terrestri bello conventioneq vel alijs quibusvis Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo quovis evadendo, Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

# Honestus Staniek Emancipat[us]

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Gnosa Anna de Kurozwęki Kozłowska olim Gnosi Stanislai de eadem Kurozwęki Kozłowski cum Gnosa Zophia Wierzbiczanka procreata filia, Gnosi vero Maximiliani de Zimno Woda Lesniowski Consors legitima, bonorum Villae Humniska in terra et Districtu Sanocen Consistens, post fata supra scripti olim Parentis sui Recognoscentis Iure Divino et naturali Successione devoluta Haereditaria sana mente et corpore existens a terris Districtibus Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et competen recedendo, praesen vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet seque successoribus actoris suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atq subijciendo palam libere publice ac perexpressum recognovit Quia ipsa cum eiusdem Mariti sui vti Tutoris Coniugalis personali assistentia et vltroneo ad infrascripta recognoscenda Consensu Honestum Mathiam Staniek, Honesti olim Stanislai Staniek de praefata Villa Humniska sui Recognoscentis subditi filium eiusq legitimos Successores, a Iurisdictione et Dominio potestateq sua haereditaria ad eundem Honestum Mathiam Staniek, intuitu et ratione Iuris haereditarij habiti et ad se Recognoscen spectantis, eliberat, emittit, dimittit, et emancipat, eundemq vna

cum